



## Universitätsbibliothek Paderborn

**R. P. Ioannis Azorii Lorcitani, Societatis Iesv Presbyteri  
Theologi, Jnstitvtiones Morales**

In Qvibvs Vnivers[a]e Qvaestiones ad Conscientiam recte aut prauè  
factorum pertinentes, breuiter tractantur

**Azor, Juan**

**Coloniae Agrippinae, 1612**

8 Quibus ex causis donatio reuocari, aut rescini queat.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-14014**

Quibus ex causis donatio reuocari, aut rescindi queat.

## CAPUT VIII.

**P**RIMO quæritur, An donatio reuocari possit voluntate donatoris, ita virtutummodo, quia cum posseat donasse, rescindere donationem queat. *Iuris 56. in Codice, lib. 8. est De Reuocandis donationibus. Respondet, minime, ut legitur ex I. Senatus. §. 1. ff. de Donationibus. & I. Generaliter, C. de Reuocan. donatio-*

*nib. &c. de conditionib. appos.*

Quemadmodum alii etiam contractus nominati non dissoluuntur, si sola penitentia ducti, qui contraixerunt, dirimere volent. *I. Si penitentiam, ff. de conditionib. ob causam.* Hoc autem locum duxata habet in donatione, quia simpliciter fit gratis, & liberaliter: nam si debitori creditor faciat remissionem centum aureorum, eo quod nihil inde sperabat, vel aliquius damni deputandi causa, potest sibi retinere aliquid ex bonis debitoris inuentum, vel ab alio sibi oblatum, eo modo, quo possunt accipere, & retinere ceteri, qui sunt damno infecti ab aliquo, perinde ac si non donarent: quoniam prædicta creditoris donatio non est simpliciter gratis & liberaliter facta.

Secundo quæritur, An possit donator reuocare donationem ex eo, quod ingratuitur sibi, cui aliquid donavit? Potest reuocare, quinque ex causis, *Iuris. C. de Reuocan. donat. & cap. vlt. de Donat.*

Prima causa est, cum is, qui accepit, intulit donatoris atrocem iniuriam: atrox autem iniuria spectatur ex qualitate iniurie, ex loco, & ex persona. *Instit. de iniuriis, §. Atrox, & Glossa in l. vlt. C. de Reuocan. Donat.* vi puta si donatorem rurem, sicutium, maleficium, proditorem, vel hæreticum, cum non sit, compellauerit in loco publico.

Secunda, si impias & violentas in donatorem manus inceperit.

Tertia, si donatoris rebus graue damnum intulerit.

Quarta, si donatori vita periculum fuerit machinatus, etiam si rem ad effectum minime perduxerit.

Quinta, si conditionem in donatione apposita non impluerit. *c. Verum, de condit. appos. & Panormitanus in cap. vlt. de Dopt. num. 3. addit sextam causam; nempe, si donatori agenti alimenta denegaverit, quamvis in hoc cafo Glossa iuris civilis contraria reperitur, nam in l. vlt. C. de Reuocan. donationi, dicit hanc causam sufficere, sed in l. Condemnationem, ff. de Reg. Iur. docet donatarium non compelli ad alienum donatorem inopem, quia hoc iure non probatur. Cynus, teste Panormitanus in l. vlt. c. de Reuocan. donat, ait, ob hanc causam reuocari posse donationem, si facta fuerit in magna tetrum quantitate; securus non item, quod approbat ipse Panormitanus ibidem. Ex his causis si fuerint in iudicio dilucidis argumentis comprobata, donatio reuocari potest a donatore, l. vlt. C. de Reuocan. donat.*

Item donatio a patrono facta liberto, reuocatur etiam, quia libertus patrono obsequium praestare neglexerit. Immo reperitur etiam res empta per libertum pecunia donatoris. *L. 1. C. de Reuocan. donat. sed non admittit libertas ipsa, l. Solo, C. de Liberali causa.*

Tertio quæritur, An hæres donatoris possit donationem rescindere, si is, cui donatum est, ingratuit in donatorem extiterit, non in ipsum hæredem? Minime. *L. vlt. C. de Reuocan. donat.* quia hoc ius quod habet donator, est personale, & proinde ad hæredes non transit.

Item donator eo ipso quod tacuit in vita, videtur ve-

niam condonasse. *l. ultima, C. de Reuocan. donat.* Hoc autem locum habet in donatore, qui nouit ingrati donatarii vitium, & qui potuit per tempus, antequam decederet, donationem reuocare.

Quarto quæritur, An donatio sub conditione, vel sub modo, vel ob causam facta, possit reuocari a donatore solum penitentia ducto? Respondet, donationem, adhuc conditione pendente, dissoluui non posse, quia talis donatio futurum tempus expectat, ut conditio impleatur: quare si conditio exulta non fuerit, nequit donatio reuocari, quia effectum sortita non est; conditione vero deficiente, etiam non reuocatur, quoniam quod non est, reuocari non potest, unde perinde erit, ac si donatum non esset. *e. ad dissoluendam, de Desponsatione impube, ex parte alteri conditione, reuocari non potest, quia est simplex, & pura donatione.*

De donatione vero sub modo facta, dissoluendum est: quia aut modus fuit finis, cuius gratia facta est donatione, & tunc reuocari potest, si modus non impleuerit, cui res donata fuit: Aut non fuit finis donationis, sed tantum causa mouens donatorem ad donandum, & non reuocatur deficiente modo.

Vnde in l. *Maria, ff. de Manumissis testamento, libertas, quæ legata fuit tribus seruis sui hic conditio-*ne, *vt alterius mensibus accenderent luminaria supra ipsius Mæciæ testatrixis sepulchrum, non admittitur, quamvis modus non fuerit impletus: sed solum coguntur servi liberti effecti, testatrixis iussum exequi, lex enim modum consideravit, non ut finem, cuius gratia facta sit manumisso, sed ut causam mouentem, & impellentem Mæciam testatrixem ad manumittendos seruos.*

Quinto quæritur, An donatio gratia Ecclesiæ, vel communis boni, & pietatis causa sub modo facta, reuocari queat, si modus ecclesia non impleuerit? Respondet, minime, nisi fuerit in donatione expressum, ut reuocari, deficiente modo, possit.

Sexto quæritur, An donatio rescindi queat, eo quod sit inofficio? Dicitur inofficio donatio, quando donator non retinet tantum patrimonium, quantum exigit legitima portio filiorum, quando videlicet pater tantam patrimonii quantitatam donat, ut filius admet legitimam portionem? Respondet, rescindi posse, ut constat ex *Glossa in e. Si quis trascribit. 13. question. 2. & in e. Sunt, qui opes. 17. question. 4. quemadmodum inofficiis dictum testamentum, quia sit factum contra officium pietatis: nam officium pietatis in filium est pietas, qua pater debet liberis legitimam patrimonii portionem. Donatio igitur, quæ est inofficio, te ipsa, & consilio, siue re tantum, si facta sit uix liberi, infirmatur ex parte, quatenus facta est immodec, ita ut alios filios pater priuauerit legitimis portionibus. Rescinditur itaque portio quatenus suppletur legitima aliorum filiorum portio, iuxta id, quod habetur in l. Liqueat, de inofficio donationibus. Si vero sit facta extraneis, ita tamen ut fuerit inofficio re tantummodo, etiam pater aliquid filiis reliquerit, ex parte quoque reprobatur, ut filii detur legitima, & debita portio, ut pater ex l. Omni modo, C. de inofficio testamento, & l. 2. & 3. C. de inofficio, donation. Quod si fuerit inofficio re, & consilio, aut nihil pater filii reliquerit, labefactant donatio in totum, *Glossa in e. Si quis trascribit. 12. question. 2. Bartolus in l. Titia, §. Imperator, ff. de legat. 2. Baldus, Dianus, Angelus, Paulus, Salicetus in l. 1. C. de Inofficio, testamen. Portio si donatio sit inofficio re tantummodo, rescinditur, etiam, quatenus est immoderate facta. Dicitur inofficio re & consilio, ut ait *Glossa in l. & l. Si liqueat, C. de Inofficio, donat.* quando reuera est immodica, & animo fraudulentio ac doloso facta, hoc est, quando rem facit pater sciens & prudens, ut noceat filiis. Fraus enim committitur, cum pater odio, vel ita motus filium**

exheretar, aut quando in fraudem liberorum, vel credito-  
rum facit donationem immodecam.

Septimo queritur, An donatio facta ab eo, qui libe-  
ros non suscepit, infirmari, & resendi queat ob filios,  
qui postea orti sint? Respondeo in hunc modum: aut  
facta est donatio extraneo, & reprobatur in totum ipso  
iure, quia donator hoc voluisse tacere vi leetur, *I. Si un-  
quam C. de Renocan. donat, & Glossa ibidem.* Aut facta  
est donatio vni ex liberis, videlicet filio emancipato: Aut  
propter merita eius in patrem, & tunc infirmatur, so-  
lum ex parte, videlicet quatenus suppletatur legitima por-  
tio filiorum, qui postea nati fuerint. *I. Si totas, C. de Re-  
nocan. Donat.*

Quid si donatio facta est Monasterio, sive Religioso  
conventui? Respondeo Panormit. in cap. ult. de *Donat.*  
non resendi in totum, quia monasterium loco filii habe-  
tur; & quia donatio facta est favore animae, & pia causa,  
cui non minus est patrocinandum, quam filio. *Authent. Si  
qua mulier. C. De Sacrefan. Eccles.*

Quid item, si donatio facta ut Ecclesia? Respondeo  
*Glossa in cap. ult. 17. quæst. ult. G. Vt lex continentia 17.  
question. r. non reddi irritam nisi ex parte, quia est facta fa-  
uore pietatis.*

Octavo queritur, An donatio irrita si ipso iure, an  
vero ea irrita redditur, querela interposita? Respondeo  
Bartolus ipso iure irritam esse, ita ut res condici, & vin-  
dicari possit, quando donatio reseditus propter ortum  
filiorum subsecutum: at vero quando infirmatur tam-  
quid in officiosa, tunc non nisi interposita querela, *Glossa  
in l. C. de Renocan. donat.*

Quid si pater urauit nihil se facturum contra donationem?  
Respondeo cum Bartolo, intentando non confor-  
mati talen donationem, quia reuocatur donatio non fa-  
vore patris, qui iurauit, sed favore filii.

Nostrum queritur, An possit adhiberi remedium, ne do-  
natio reuocetur, videlicet si donator denunciatur, vel pa-  
cificatur, vel iuraturcum interponatur? Respondeo, quando  
donatio reuocatur favore filiorum, nihil prodest, si  
pater renunciat: at vero prodest, si reuocetur donatio favo-  
re ipsius patris.

Pactum idem, ne donator reuocet donationem pre-  
textu ingratitudinis in eo, cui facta est donatio, non valet,  
quia est contra bonos mores. Præterea donatio simpliciter  
facta, & iuramento firmata, reuocari potest ob filios  
postea natos.

Decimo queritur, An donatio remuneratoria reuoca-  
ri queat ob easdem causis, ob quas reuocari potest do-  
natio absoluere, & simpliciter facta? Respondeo, minime:  
ita enim colligitur ex *I. Si pater. ff. de Donat. vbi ait, leges  
& iura de reuocanda donatione locum habere dumtaxat  
in his donatibus, quæ non sunt gratia remunerandi  
beneficia.*

Quares, Quid sit iudicandum, quando facta est do-  
natio consanguineis, & dubiis sumis, an ea facta sit cau-  
sa sanguinis & generis, an vero gratia remunerandi? Re-  
spondeo, probabilitate esse credendum factam esse  
causa sanguinis. *I. Tutor. §. Qui à tu-  
tore, ff. de excusatione  
tutor.*

\* \*

\*

De donatione inter patrem, &  
filium.

#### CAPUT IX.

Primo queritur, An valeat donatio inter patrem,  
& filium, hoc est, si pater filio familias aliquid do-  
net, An eiusmodi donatio iure communis subsistat?  
Respondeo, patrem filio, in eius potestate constituto, do-  
nare non posse, nec donationem valere. *I. ultima. C. de  
Impuberib. & l. Donationes, quas parentes. C. de Donat.  
inter virum & uxorem.* Et ratio legis est, quia quan-  
dius filius est in potestate patris, ipse & pater pro sua perso-  
na habetur in iure. Item, quod filius familias acquirit,  
non sibi, sed patri acquirit; nisi acquirat ex militia, vel  
quasi militia, vel aliunde, quam ex bonis patris. *Instit.  
Per quas personas nobis acquiritus & quod acquirit, nec  
momento aliquo subsistere persona eius potest. I. Pla-  
cat. ff. de Acquirend. heredi. Vnde sit, ve donatio inter ipsos  
iure communis minime constitut.*

Secundo queritur, An dentur aliqua causa, in qua-  
bus vim & locum habeat donatio inter patrem, & fi-  
lium? Respondeo, quasdam causas esse iure communi,  
ex quibus talis donatio facta valer: quas aliqui reducent  
ad quatuor, alii ad decem, alii ad plures: & reuersa quatuor  
sunt præcipue.

Primo, Quando pater donat filiis causis doto, vel pro-  
pter nuptias. *I. Pomponius Philadelphus. ff. Familia eri-  
cunda, & l. ultima. C. de Donat. ante nuptias.*

Secondo, quando pater donat mobilia bona, vel res se-  
mouentes filio familias eunt in castra militie causa. *I. Si  
filius familias. C. Familia ericunda,* non tamen si donet  
frædia, vel alia boni immobilia. *I. eadem.*

Tertio, quando pater remittit filio familias viamfunctum,  
quem habet in bonis illis us aduentitiis. *I. Cum oportet.  
& Si autem. C. de Bonis, qua liberis.*

Quarto, quando pater donat aliquid filio ratione ali-  
mentorum, quia pater filio iure naturali alimenta debet.  
Vnde talis donatio, cum sit ob causam, & iure, & exequite  
naturali cogente, non est proprii donatio.

Secondo queritur, Quid causæ sit, cur leges & iura vo-  
luerint, ne pater filio donet? Respondeo, esse patrum po-  
testatem: vnde si pater donat emancipatus, donatio tata &  
firma est.

Item si donauerit filio, qui tantum est naturalis, quia  
eiostmodi filius non est in potestate patris. *Instit. de Patria  
potesta. in princ.* Insuper si mater filio donauerit, quia fi-  
lius non est in potestate matris. Præterea, si filius patti, vel  
matris donauerit.

Tertio queritur, quando filius familias potest donare  
patrem? Respondeo, in certis quibusdam causis.

Primo, quando filius familias habet peculium ca-  
strense, vel quasi castrense, tunc ex huiusmodi peculio po-  
test donare patti. *I. Cum oportet. §. excepto. C. de Bonis, qua  
liberis.*

Secundo, quando filius familias habet aliquid donatum  
a Principe. *I. Cum multa. C. de Bonis lib.*

Tertio, quando filius familias habet peculium aduen-  
titium, in quo viusfructus patti acquisitus non est, veluti  
cum aliquid filio familias relinquatur ab aucto, vel proauo,  
vel ab alio extraneo ea conditione, ne in eo pater vi-  
amfunctum habeat. *Glossa in Authen.* Idem est. *C. de Bonis,  
qua liber.* Et in *Authen.* ut liceat matri: collat.

Quarto, quando filius familias ad hereditatem fratris,  
vel sororis una cum matre admittitur: ex qua causa patti  
non acquiritur viusfructus in portione filii. *Authen. de Ha-  
red. ab intestat. §. Si vero collat.*

Quinto,